

Coimbra

ISOCRATIS PA-
NEGYRICVS, IOAN-
NE LONICERO IN-
terprete.



Este opusculo
de Isocrate
et tabula
achetoni scilicet
ziforat aqua pos
tori povero de
que ocojo obliuio

PARISIIS
In officina Christiani Wecheli.
M. D. XXXVIII.

PANEGYRICI ARGV-
mentum.

Clarissima hæc oratio est deliberatiui generis.
Panegyrico huic nomen indidit, quod in solen-
ni publicoue conuentu eam habuerit. Nam ip-
se in hac oratione, quid sit Panegyris, satis aperit. Por-
rò ex ipso Isocratis proœmio, huius magnitudo cogno-
scetur. Status est talis: Primum demonstrat ex benefi-
cijs toti Greciae per Athenienses collatis, Atheniensi-
bus primas deberi, ubi res Athenarum gestas ab ipsis
incunabilis repetit ad sua usque tēpora. Deinde ex-
peditionem aduersus Persarum regem suadet, locis,
honesto, utili, necessario, adeoq; deliberatiui generis ar-
gumentis el. gantissimè, ac iuxta efficacissimè.

Isocratis

Isocratis Pan-

GYRICVS, IOANNE
LONICERO INTERPRETE.



V I solenneis quidem pri-
mū conuentus erexerunt, et
gymnica instituerunt ærtamē
na, næ se penumerò eos demū
rari soleo, quod corporum ha-
bilitatem adeò ingentibus do-
nis iudicarint dignā: illis p̄e-
terea, qui pro salute publica
sigillatim laborarint, ac suā in hoc appararint ani-
mas, ut et alijs cōmodare queant, illis inquā nihil pror-
sum honoris impertierint, quorum tamen p̄eāpue ca-
ram geri par erat. Etiā m̄si enim bis tantum roboris
adhuc, quantum nunc habent, recipiant athlētæ, sub-
inde nihil inde tamen ceteris emolumenti prouenit:
at uero ubi uel unus quispiam prudentiā clauerit, om-
nes, quibus modò cordi fuerit, eius mentis consortes eſ-
se, eoq; frui sanè potuerint. Propterea tamen nolu-
desponso animo segnior esse, uerū satis mihi p̄emij
ratus, ex hac oratione uenturam gloriam, uenio quum
de bello aduersum Barbaros, tum de concordia inter
nosip̄os stabilienda consultaturus: non ignorans, quod

4 ij pleriq;

ISOCRATIS

plerique uenditantium sese eloquentiae præceptores,
ad idem orationis sese contulerint, non sine uehementi
impetu uiribusq; Spero tamen ab ipsis meam oratio-
nem tantum discriminis adepturam, ut nihil unquam de
ijsdem rebus per alios dictum uideri debeat: iuxtaq;
Sermones eas esse præstantissimos sermones duco, qui de rebus
qui optimi. maximè arduis habentur, qui dicentes potissimum, qua-
les sint, quid ualeant ostendunt, audienteisq; plurimum
iuuant: quorum hic unus est. Porro neq; occasiones de-
fuere, ut iam superuacaneum sit earundem meminisse.
Oratori Tum enim conuenit desistere Oratorem, quando res
quādo effā iam finem acceperint, neq; consilijs deinceps egent: aut
dum. quom oratio sic absoluta uisa fuerit, ut nemini ulteri-
orem metam reliquerit. Donec uero res æquè ac an-
teà permanserit, aut non appositiæ fuerit peroratum,
quomodo non conuenit considerare, inq; hac philoso-
phari oratione: que si gnauiter adusque umbilicum
perducta erit, & à mutuo nos bello, & præsenti pe-
riculo, maximisq; demum nos liberabit malis. Quod
Eloquentiæ si non aliter easdem aperire actiones atque per unam
uis & natu formam possibile esset, posset profecto suspicari quis-
ra. quam eadem dicendo aberrantem chorda, denuo audi-
tores perturbare. At simulac eloquentiae sit ea uis at-
que natura, ut ijsdem de rebus multipliciter differere
queat, & magna humilia facere, modicas magnitudinem
addere, prisca nouè recensere, de nuper natis antiquè
dicere, non adhuc fugienda sunt, de quibus reliqui an-
teà dixerunt. Estq; fauendum periculum, ut melius il-
lis

PANEGRYRICVS.

lis perorem. Nam priores actiones communes nobis omnibus relictæ sunt: at illis opportune uti, aptaq; cuius libet rei animaduertere, uocabula commodum ordinare, prudentium est peculiare officium. Arbitror autem sic maximum augmentum recipere, quum alias artes, tum eloquentiæ studium, si quis in precio habuerit & deniretur, non qui literis præpollent, sed qui quamlibet rem ipsarum optimè perfecerint: neque eos, qui dicere quippiam laborant, de quibus nemo ante à uerbū fecerit, uerū qui sic nouerunt dicere, ut nemo aliud possit. Quidam uero increpant eos qui supra vulgar morem orationes habent, impendioque exquisitas: qui eousque prolapsi sunt erroris, ut non animaduertant, ultra modum etiam elaborasse athletas, in ijs certaminibus, quorum uictores merces quedam singularis manet. Nec item considerant, quod aequè utroque indigamus: nec eo tamen modo, ut illos quidem remissos, hos autem sublimes dicendo semper esse oporteat: nec ut illi suam peruident, mediocritatem, hic uero qui exactè dicit, non simplicem etiam orationem habere possit. Non igitur oblitæ sunt illi eos prædicare, quos proximè accidunt, quibus cum nihil mihi planè negotijs est, uerū cum ijs potius agam, qui temerè dicta nihil quicquam amplectentur, sed indigno potius animo ferrent, querentque uidere tale quippiam in meis orationibus, quod apud alios non sint inuenturi, ad quos parum dum pro meipso audens, de re ipsa uerba faciat. Oratorum am. Etenim quosdam in processu conaliare sibi au- mos in pro-
a iiiij ditores, cœmis.

ISOCRATIS

ditores, & beneuulos reddere uideo ad ea quæ dictu-
ri sunt, aliosq; affirmare quòd pauxillum sibi tempo-
ris ad apparandam orationem reliquum fuerit, alios
quòd diffiale sit æquales rerum magnitudini sermo-
nes adinuenire. Verùm enim uero nisi re digna eti-
am dixerō, & gloria meip̄sius & tempore, quod ne-
dum arca hanc nobis orationem, uerū & arca totum
nostræ uitæ hactenus cursum breue admodum habui,
iubeo nullam e quidem mihi ueniam esse, uerū illu-
sionem atque contemptum mihi contingere. Nihil enim
est quod non dignè patiar, si nihil ceteris præstans,
tantas interim promissiones faciam. Hæc mihi de pri-
uatis huasque dicta sunt. De publicis quotquot sanè
aduenerint, illic̄ doœnt, quòd dissoluta, quam inter nos
alimus, inimicitia, oporteat nos in Barbarum uerti:
enumerantq; calamitates ex bello intestino factas, tum
commoditates per expeditionem aduersus istum ob-
uenturas: que omnia profecto uera. At inde iuxta ex-
ordium sumunt, unde finiri illa potuissent. Gr̄ecorum
enim alij apud nos, alij sub Lacedæmonijs sunt. Adeò
diuersæ urbium respublie, plurimos ipsorum diuise=runt. Qui igitur alios commune acturos bonum putat,
priùs quam primores ipsorum reconaliarit, ne illc ad-
modum simplex est, nec parū à scopo aberrat. Neesse
est eam ob rem, nedum eos qui demonstraturi sint ali-
quid, uerū quibus & effiære quippiam est animus,
ea querere argumenta, que persuadeant àuibus, &
qualium eos esse partium inter se se, diligere duas, &
que sum

PANEGYRICVS.

quæstum, quem à Græcis nunc sibi prouenire desiderant, à Barbaris expectare. Ad quæ nostram redigere urbem sanè facile est. Laœdemonij uero etiam num imperiusfibles existunt, mendaci enim sermoni, Laœdemoni qui mos illorum peculiaris est, obtemperarunt. Quod si nij facile mē hanc nostram esse magis quam illorum gloriam eis dacij obitem ostenderetur, relictis fortasse studijs suis, exactaq; re= perant. rum disputatione, ad id quod commodaret sibi, redirent. Oportebat itaque ex aliis inde ordiri, nec ante à de cōfessis apertisq; cōsultare, q; nos à cōtrouersia nostra liberaßent. Quare prolixiorē utriusque salutis caußā disputationem facere me à interest: ideo uel maxime, ut eximiuū aliquid si effe aero, à mutua cōtētione desistētes, omnes unā Barbaris repugnemus. Quod si fieri non posset, ut Græcorum tamen felicitati obstantes aperiam, adeoque cunctis perspicuum fiat, quod ex ante à urbs nostra iure maris dominata sit, nec iniuste nunc imperium eius in dubium uocet. Nam si eos, qui in quaunque re sunt peritissimi, p̄eapuāque insignes ui, honorare oportet: ex nos dubio procul dominatum illum reape= re conuenit, quem antea habebamus. Nemo enim aliam urbem adeò bellis in terra gestis præstitisse de= monstrauerit, atque nostra in maris periculis incla= ruit. Sin iniustum hanc meā sententiam esse quidā pu= tent, quod multæ permutationes subinde fiant: nā impe= ria ex potentatus haudquaquam apud eosdē permane= re, principatūmque instar alterius muneris ducent, sed uel primorescum affequi honorem, uel qui plurimorū

Græcis

Græcis honorum authores fuere: & illos nobiscum es-
se reor. Quo enim quis remotius hæc utraque contem-
platus fuerit, hoc magis de ijsdem dubios relinquemus.
Constat urbem nostram uetustissimam, maximam, &
apud omnes homines celeberrimam esse: Quo nobis
pulcherrimo argumento existente, propter ea quæ se-
quuntur urbis nostræ amplissima ornamenta, in ma-
iore nos esse predo par est. Eam enim incolimus, ut
alios non eicærimus: nec desolatam accepimus, nec ex
multi s gentibus mixtos collegimus: uerum adeò hone-
stè germaneque gessimus nos, ut ex qua sumus,
eā nullo nō tempore retinentes, in eodē planè solo de-
moremur, ijsdémque nominibus nos ceu familiarissi-
mos, aues nostri nos salutent. Ex uniuersis enim Græ-
cis, solos nos eandem nutriem, eandem patriam &
matrem nominare deat. Proinde eos qui rectè sapi-
unt, quique de imperio non iniuriâ dubitant, maiori-
rumque suorum non raro me pignerunt, tale tantumque
generis sui stemma esse operæ pretium fuerit ob oulos
ponere. Quæ igitur principio fuere res nostræ, &
quæ fortunâ nobis donata, tâta sunt magnitudine nobis.
At quantorum alijs honorum authores extiterimus, sic
pulcherrimè explorauerimus, si tempora principio,
resq; deinceps gestas urbis nostræ percurramus. Repe-
riemus enim ipsam nedum bellicorum periculorum,
uerum etiam totius reliqui apparatus & reipublicæ,
cuius ciues sumus, qui cum gubernamus, & propter
pter quam uiuere possumus, scè causam esse. Ne ss̄c
est

P A N E G Y R I C V S.

est autem eligere beneficia, non quæ ob sui tenuitatem
 sopia sint, contiauerintque, sed enim quæ ob sui magni-
 tudinem cunctis mortalibus, ut quondam sic nūc undiq;
 in ore sint, celebrenturque. Primum igitur cuius na-
 tura nostra indiguit, per urbem nostram sibi compa-
 rauit. Et si enim fabulosa sit quidem fama, tamen eam
 hic repetere non ab re fuerit. Cerere nanque in re= De Cerere
 gionem nostram perueniente, quando raptam ob filiā fabula.
 erraret, ergaq; maiores nostros benignè affecta, ob
 beneficia, quæ nulli mortaliūm, præterquam sacrī illis
 initiatis audire fas erat: duplēxque donum dante, idq;
 maximum, nimurum fruges: quæ ne brutorum instar du-
 cremus uitam, in causa fuere, ac sacra sua, quorum
 participes meliori tum uitæ suæ fine, tum uniuersi cui
 spe ducantur: ciuitas nostra nedum Deo chara, sed gra-
 ta quoque hominibus, redditæ est. Itaque tantorum bo-
 norum domina facta, non inuidit ea alijs, sed quæ acci-
 perat, omnibus impertijt, quæ uel etiamnum singulis
 quoque annis demonstramus. Beneficia uero uniuer-
 sim & res necessarias atque commoditates per illa fa-
 cta tradidimus, quibus nemo est, ubi pauca dum adic-
 cerimus, qui non adhibeat fidem. Proinde quibus con-
 iecturis que dicuntur, ceu uetera despicerit, ijsdem nō
 immerito res actas esse putauerit. Quia enim non
 parum multi dixerunt, omniumq; auribus increbuit,
 dectæ non noua quidem, fidelia uero, quæ de ijs dicun-
 tur, uideri. Nec tantummodo hoc nobis confugere da-
 tum est, quod famam illam & sermonem à multis hinc
 seculis

ISOCRATIS

seculis acceperimus, uerum et maioribus etiam argua-
mentis quam hisce uti possumus. Siquidem plurimae ci-
uitates, ueteris in se beneficentiae nostrae monumenta,
primitias frumenti singulis annis ad nos mittunt. Qui-
bus deficientibus, sacerdotali Pythium oraculum
in iunxit partes adferre frugum, nostraeque urbi exhibe-
re consuetasibi, debitaque. Quibus iam magis fide-
re deat, atque ijs pro quibus Deus uel ipse oraculum
edit, ac plerisque Graecorum consentit, quondamque
dicta presenti re contestatur, queque nunc fiunt, per ea
quaetum illis dicta sunt fatetur? Quod si omnibus hi-
sae omisis, ab initio consideremus omnia, comperie-
mus quod qui primum in terra hac uitam uixerere, non
statim, uti nunc est, acceperunt, uerum paulatim eam
sibi meliorem exquisuerunt. Quos igitur potius con-
uenit, uel donum a diis accipere, uel inquirentes eos-
dem cum eis colloqui? Nonne qui ab omnibus celebra-
ti, primique facti sunt, tum qui ad artes ingenuas in ge-
niosissimi, et ad diuina piaissime adornati sunt? Iam
quantum honoris debeat assequi, qui tantorum bono-
rum omnium caussa sint, superfluum est commemo-
rare. Nemo enim tanti muneris inuenire amplitu-
dinem queat, que hisce factis conferenda uideatur.
De excellentissimo itaque beneficio et primo et com-
muniissimo, hec dicere possumus. Sub idem temporis
uidens res publica nostra Barbaros plurimum obtine-
re regionis, Graecos uero in modicum conclusos lo-
cum, obque terrae penuriam sibi ipsi insidiantes, mu-
tuosq;

PANEGYRICVS.

quoq; expeditiones facientes, alios deinde propter
 quotidiani uictus in opiam, alios autem bello intercun-
 tes, nequaquam sic oportere esse prospexit. Duæ ergo
 per oppida paßim destinauit, qui assumptis uiuendi
 necessarijs destitutis, p̄fecti ipsiſ existentes, bellōque
 Barbaris maiores facti, plerasque ad utrung; conti-
 nentis latus urbes condiderunt, ac insulas inhabita-
 runt omnes, cāque ratione utrosque, tum eos qui se ea-
 rant secuti, tum qui sustinuerant penuriam, seruarunt:
 illis enim sufficientem domi regionem reliquerunt, his
 uero facultates suas auxerunt. Nam omnem tum occu-
 pabant locum, quem uel nunc obtinemus. Itaque et po-
 steris quosdam aliò transferre uolentibus, urbemq; no-
 strā imitari, multū ocij p̄ebuerunt: nec opus enim illis
 fuit possidendo regionem periculo esse obnoxij, c̄te= =
 rūm in eam, que à nobis separata erat, tutò commi-
 grare terram. Ecquis reipub. nostræ dominatum, uel
 pristino honestiorcm, anteà quām pleræque Græcarum
 auitatum inhabitarentur, aut p̄stantiorem demon-
 strauerit ea, quæ Barbaros quidē uastauit, Gr̄cos ad
 tantā perduxit abundantia? Non igitur simulac ardua
 maximè peregit, reliquos floci p̄edit: uerū hoc bene- =
 ficiorū suorum fecit exordium, alimoniam gentibus in- =
 ueniēdo, quā & posteros p̄e alijs administrare ope- =
 re pretiū est. Arbitrans autem uidendi rationē, in his
 tantūmodo nondū uitæ desiderio satis esse, eā & in re-
 liquis curā gesit, ut quæ hominibus p̄sētia bona à su-
 pis dijs nō haberemus, c̄terū mutua nostra opera tene- =
 remus;

ISOCRATIS

remus, nulla sine nostra ciuitate essent, ea per hanc plurima fierent. Nam ubi assumpsisset Græcos præter ullam uiuentes legem, sparsimq; habitantes, quiq; à suis magistratibus iniuriam patercentur, qui de mun ob principatus defectum intercirent, singulos à singulis malis liberauit. Quorum etiam domina facta, se ipsam eis formam exhibuit. Etenim prima leges sanciuit, respub. constituit, quod uel inde manifestum est. Ut enim pri-
mum honucidij reos ad senatum deferrent, ratione, nō
ui dissoluturi contentiones & caussas suas, nostræ pri-
mum leges, quæ & de huiusmodi sententiâ tulerunt, in
causa fuere. Quin & arteis ad uitæ neæssaria utiles,
& uoluptatis etiam gratiâ institutas: alias quidem
inuentas, alias uero comprobatas, ut posteris tradi-
dit. Aliam præterea administrationem tam amanti er-
ga exterios affectu adornauit, adeoque familiariter, ut
& rerum penuria laborantibus, ac facultatibus frui
suis concupiscentibus, utrisque conuenirent, ut neque
opulentis, neque pauperibus incommodi essent: quin
potius ut his quidem suauissima apud nos uita, illis ue-
ro certissimum confugum relinquetur. At uero quin
non omnium ciuium suorum uotis respoderet regio, nec
dum sufficiens ærneretur, sed alias quidem deficeret,
alias ultra quam opus esset, produceret fructus, mul-
ta indigentia sic nascente, curans ut alia quidem repo-
nerentur, alia uero aliunde adueherentur, calanita=

Piræa Græcas illas ulta est. Siquidem in medio Græciae emporium
æ empori= Piræa instituit, tanta omnium rerum copia exube-
um.

P A N E G Y R I C V S.

rans, ut quæ ab alijs singula à singulis asperum esset
accipere, hæc omnia facile apud illos inuenirentur. 191=
tur solennum conuentuum institutoribus iure commē= dantibus, quod talem nobis tradiderint consuetudi= nem, ut sancito scđere, se positis inimicitijs in idem
conuenirent: deinde ut uotis & publicis sacris pera= Elis, mutuae suæ cognationis recordarentur: utq; post=
hac alias erga alium inter nos beneuoli esse mus, ue= terem in exteris amicitiam innouaremus, alias quas= dem publicas facremus: et ut neque uulgo, neque clac= ro stemmate orti, segnem uitam duerent: enim uero= una congregatis Græcis, præstò forent, tum ut alijs su= am felicitatem ostenderent, tum ut alijs mutuis certami= nibus confligentes spectarentur: neque alij uecordes
transigerent eum, sed haberent quo utrinque ad a= morem uirtutis accenderentur: pars ubi luctatores su= caussa defatigari conspicerint, pars ubi animaduer= terint quod ad suum quisque spectaculum ueniant. Tot
ergo tantisque bonis propter huiusmodi conuentus no= bis partis, neque urbs nostra in ijs inferior inuenta
est. Etenim spectacula plurima, iuxta que pulcherri= ma condidit, alia sumptu eximia, alia artificio grata,
deinde utrisque illis conspicua, quorum gratia ingens
ad nos multitudo confluit: in quorum promiscuo con= fluxu, si quid bonum est, neque id ciuitas nostra non est
amplexa. Præterea à fidelissimas inuenire amicitias, ac
in omnis generis incidere consuetudines, apud nos po= tissimum datum est. Certamina demum conspicere
nedum

ISOCRATIS

nedum æleritatis & roboris, uerum etiam literarum
& mentis, aliorumq; omnium: corundem etiam sub-
inde preciosissima nimurum præmia. Alijs nostra ciuit-
itas præmia apponit, alijs dare quoque persuadet.
Nam que à nobis decreta fuerint, tantam accipiunt au-
toritatē, ut ab omnibus prorsum hominibus diligentur.
Sine quibus nostris aliæ panegyres uel multò tempo-
re collectæ, protinus dissolutæ sunt. Nostra sanè urbs
nullo non æuo aduentibus panegyris est. Philoso-
phiam igitur que omnia hæc simul reperit, instituit,
nosque actionibus erudiuit, mansuetos nostros ciui-
lesq; mores reddidit: calamitatumq; alias per inertiam,
alias necessariò factas diuisit, aliasq; obseruare, a-
lias uero pulchre ferre docuit. Literas tun pariter et
eloquentiam urbs nostra in precio habuit, quas nemo

Sola literæ rū cogniti-
one cæteris animatibus
præstamus. non uel cum emulacione complecti desiderat. Quippe quæ sciat hoc solum ex omnibus animantibus nobis
proprium esse, quodq; per hoc si eo abundemus, reli-
quis cunctis præstemus. Ad hæc uidens in alijs rebus a-
deo turbulentos esse euentus, ut crebrò in ijs & pru-
dentes non sine periculo nutent, stolidi strenue agant:
Artificiosam uero uenustamq; dicendi rationem, non
praui quidem, cæterum animi prudentia clari, opus
Pleriq; non esse: ac illos qui sapientes & ignari habentur, hac
aliter quam plurimum inter se factos discriminis. Porro liberè pri-
per literas mūm educatos, ex fortitudine, diuitijs & huiusmodi
clari enascer bonis non cognitos, uerum literis & eloquentia con-
rc. spicuos maxime factos. Idq; nostræ eruditiois certifi-
muni

PANEGYRICVS.

mun est relictum signum, quod qui eloquentia rea
 etè utuntur, ne dum apud se metipos potentes, uerum
 et apud alios magnificant. Adeò reliquos ciuitas no-
 stra dicendo superauit, ut huius nostræ discipuli, aliis
 orum præceptores facti conspiciantur: efficitq; ut
 Græcorum nomen non porrò generis, uerum mentis ui-
 deretur certum indicium: eosq; Græcos adpellari de-
 dum, qui nostræ potius eruditio[n]is, quam communis
 illius naturæ confortes fuere. Ut uero ne circa partes
 immorari uidear, qui de totis rebus dicturum me rece-
 peram, neque ex ijs prædicare ciuitatem, in rebus ip-
 sam nimirum bellicis euehere dubitans, hæc mihi ad A rebus bel-
 illos, qui propter ea certant, dicta sint. Puto autem ma- licis Athe-
 iores nostros non minus bellicarum rerum periculis ni[er]es præ-
 honorandos, quam reliquis beneficijs. Nec enim modi- dicat.
 ea neque obscura certamina sustinuerunt, sed multa,
 sed grauia et magna: hæc quidem pro sua ipsorum
 regione, illa pro aliorum libertate. Omni enim tem-
 pore communem exhibentes urbem, semper etiam ijs
 qui è Græcis iniuriam passi essent auxiliatricem. Pro-
 pterea et quidam accusant nos ueluti non rectè con-
 sultantes, quoniam imbecilliorum consueuerimus ha-
 bere rationem, nec laudis nobis materiam reliqueri-
 mus. Verum non ignorates quantū maiores cōsidera-
 tiones præstet ad securitatē, hoc de ijs cōsultauiimus: mo-
 dò multi alijs exactius, que ex huiusmodi accidat, cō-
 pertū habētes: maluimus tamē infirmioribus uel preter
 necessitatē succurrere, q̄ utilitatis cœussa iniuriā infer-
 re.

re præstantioribus. Quin & mores quispiam & ro-
bur ciuitatis nostræ cognouerit, uel ex supplicationi-
bus, quas iam quidam è nostris ædiderunt: eas igitur
aut nuper factas, aut à modicis profectas omittam. Mul-
to uero ante Troianos (inde nanque iustum est ærtio-
res reddi, qui de patrijs rebus dubitant) uenerunt
Herculis filij, pauloque ante hos Talai filius Adra-
stus, rex Argi, qui ab expeditione aduersum Thebas
infortunatus, quum eos qui in Thebano bello moreren-
tur, ipse quidem recipere non posset, urbem uero no-
stram rogaret, ut communi infortunio opitularetur,
nec despiceret eos qui in bello desiderati, funere &
pompa caruere, neque ueterem consuetudinem pa-
triæq; legem uiolandas iudicans. Herculis filij Eu-
rysthei inimicitiam fugientes, ac alias despicientes ur-
bes, ut quæ suis non possent opem ferre calamitatibus,
nostram ciuitatem uel unam sufficere ad reddendas
gratias, eò quod pater eorum in cunctos mortales be-
neficus extiterit. Ex ijs iam facile est cognoscere,
quod & sub illud temporis urbs nostra princeps &
prior habitat, unde neque nunc iniuria de principe
dubia questio est. Nam qui nam supplicare ausint
uel minoribus se, uel aliorum dominatui subiectis, omis-
sis ijs, qui maiorum uirtute compti sunt, presertim de
rebus non priuatis, uerùm publicis, quarumq; nulli cu-
ram delegari, nisi qui Græcis anteferrentur, par erat.
Præterea neque spe sua fraudati uidentur, cuius cau-
sa ad maiores nostros confugerunt. Suscepto nanque bel-

PANEGYRICVS.

lo pro ijs qui mortem oppetierant, aduersum Theba-
 nos, pro Herculis autem liberis aduersus Eurysthei-
 um, impugnarunt illos, coegeruntq; uti defunctos uita
 iusto funeri sepulturæq; redderent. Peloponnesios au-
 tem, qui Eurysthei partes sectabantur, in nostram pa-
 triam irruentes, egressi cum illis conserentes manus, ui-
 erunt Eurystheum, iuxta ab iniuria inferenda prohibi-
 bentes. Qui dum propter alias res admirationi essent
 & celebres, amplius ex illis sibi factis nomen pepere-
 runt. Nec enim rem exiguum effecere, uerum adeò u-
 triusque fortunas immutarunt, ut hic nobis supplicare
 dignatus, quando inimicos superasset, ac omnia quibus
 illi fuisse opus, peregisset, absenserit. Eurystheus ue-
 ro uim inferre persistens, ipse captiuus factus, æruiæm
 humiliter curuare compulsus est. Qui quum ante à ex-
 iniā suā originē ad Iouem reducenti, ostentan-
 tique tanquam mortalis ipse diuino robore polleret,
 imperaret, omnique tempore nocuisse illi, simulac in-
 nos admisit faēnus, ad tantum permutationis redactus est, ut ad liberos illius perductus, uitam non alia
 ignominiam finierit. Quum pleraque sint nostra er-
 ga Laedemonios beneficia, de hoc uno mihi dicere
 contigit. Arrepta enim occasione salutis sue per nos
 illis parte, maiores eorum, qui nūc Laedemoni rea-
 gnant, Herculis proles, Peloponnesum usque peruer-
 nerunt, Argos, Lacedemona, & Mesenen obtinentes,
 Spartam iuxta incoluerunt, omniumque illorum fa-
 cultatum duæ constituti sunt. Quorum omnium illos

ISOCRATIS

memores, nunq; in nostram incursionem facere regio-
nem oportuit, ex qua cum impetu ipsorum maiores
profecti ad tantum felicitatis culmen consendere. Neque
in discrimen coniçere urbem, quæ anteà pro Heraulis
liberis periclitata est: non quòd regnum ex eo natis
tradiderint, ceterum quòd salutis illis caussa existere
non dignati sint. Quòd si benefida & æquabilita-
tem reatando ad institutum me regredi oportet, exqui-
sitissimamq; orationem habere: Nusquam sanè moris
est aduenas præire àuibus: neque qui beneficium acce-
perunt, illis qui dederunt: neque supplices factos ijs qui
miserati sunt eos. Breuiter adhuc quedam de illis ape-
riam. Inter Græciæ urbes, nostra dempta, Argos, The-
bæ, Laædæmon tum fuerunt maximæ, hodieque dum
persistunt, ac maiores nostri illos omneis exællere in-
tantum uidentur, ut pro Arguis infortunio pressis, The-
banis, et si prudentissimis imperarint: pro Herculis li-
berorum salute, Arguos ac reliquos Peloponnesios
uicerint pugna: à periculo ab Eurystheo imminentे,
Spartanos, Laædæmoniorumque duces seruarint: ut
ita ignorem de Græciæ dominatu, quo pacto luâdius
quispiam diære queat. Proinde & de prioribus aduer-
sum Barbaros urbis nostræ rebus gestis uerba facere,
est quod mea interesse putem, precipue quum sermo-
nem meum de principatu nostro in illos constituerim.
Omnia itaque pericula si enumerem, & quo prolixior
sim: de maximus ueroè eodem, quo anteà modo narrare
quædam tentabo. Gentes antiquissime potentissi-
mae q;

PANEGYRICVS.

mæq; sunt Scythæ, Thraæs & Persæ, quæ nobis omnes insidias meditatæ sunt : aduersum quas omneis, ciuitas nostra mouens arma, superior illis euasit pericula. Quid reliquum permanserit aduersarijs, ubi demonstrentur, quibus non potuerit ius contingere apud Græcos, nos adpellare dignatos: Barbaros deinde, qui in suam sibi seruitutem Græcas redigere decer- nebant, ad nos projectos primum ? Clariſſimum itaque omnium bellorum Persicum fuit. Nec minorā dum uetera monumenta, harum rerum indiā extant illis, qui de rei pub. nostræ iure & imperio contendeunt. Adhuc enim tenui existente Græca, uenerunt in regionem nostram Thraæs Eumolpo Neptuni filio duce, tum Scytha unà cum Amazonibus natabus Martis, non eodem tempore, uerùm quo utrique Euporæ dominati sunt, odio habentes uniuersum Græcorum genus, priuatim uero aduersum nos accusa-
 tionē instituta, putabant si unam nostram ciuitatem periculo immersissent, omnes [reliquas iuxta citra laborem occupaturos : neque quicquam tamen strenue egerunt, uerùm cum unis nostris auitis dimicantes & què fusi sunt, atque si aduersum omneis homines belligerati essent. Constat porro que illis contigerint mala : neque enim unquam tanto de illis fama tempore durasset, nisi & factis alios longè antecellerent. De Amazonibus fertur, quod nulla planè ex ijs que aduenissent, abierit uerùm si quæ relictæ sint, ex im-
 b ij perio

Amazones
Martis fi-
lie.

ISOCRATIS

perio nostro deie^ctas . De Thraebus hæc , quod alio tempore nobis confines facti , propter habitam expeditionem tantum reliquerint spacij , ut inter utrinque relictam terram plerque gentes , nulliusq; non generis homines , urbesq; magnæ conditæ sint . Pulchra igitur hæc & decora sunt uocantibus in dubium principatum . His cognata sunt , quæ (uti decuit è tantis maioribus ortos) aduersus Darium & Xerxem bellantes ea gerunt . Quom enim bellum illud maximum foret , ac plurima eo temporis pericula una contingerent , hostesq; ob multitudinem intolerabiles esse putarentur , socij q; insuperabili fulgere uirtute iudicarentur , utrumque , ut par erat , dominati sunt omniumq; adeò periculorum uictores illico præmijs digni sunt existimati : nec ita longè post maris imperium acceperunt , dantibus quidem alijs Græcis , non dubitantibus autem ijs , qui nunc discludere nobis id querunt . Neque me clam esse quisquam autumet , quod Laædemonij arca ea tempora , multorum honorum Græcis autores extiterint . At propterea maiore mibi laude prosequenda est ciuitas nostra , quod tales tantoq; reluctatores adsecuta , usque adeò ipsis præstantior apparuerit . Est mihi porrò animus de utraque ciuitate hac prolixiora quædam in medium adferre , nec obiter nec omnino celeriter earum insignia percurrere , uel celeriter percurrente præterire . Nobis duarum rerum monumenta præstò sint , quum maiorum nostri uirtutis , tum aduersum Barbaros inimiciæ . At qui me non fallit , quod arduum

PANEGYRICVS.

arduum sit de rebus illis me tantum dicere quæ, olim
præoccupate sunt, quasq; oratione ualentes plurimū
ciues, super ijs qui publico funere honorati sunt, non
rarò exposuerunt: siquidem neçſarium est maximas
earum detritis usu, modicas uero quasdam prætermis-
tas. Attamen ex residuis, quando sic res postulat, rebus
non segniter quippiam commemorandum est. Non pa-
rum itaque multorum bonorum autores, amplissimisq;
præconijs dignos arbitror factos, qui corpora etiam
sua pro Græciæ salute periculis obiecerunt. Nequaquam
igitur iustum fuerit, rerum ante bellum hoc gestarum,
tum magistratum utriusque urbis non meninisse. Nam
illi primum exeratabant successores, & ad uirtutem
multitudinem adhortati sunt, asperos Barbaris aduer-
sarioris efficients. Nec enim publica nauia estimabant,
neque ijs ut priuatis utebantur: ne gloriebant autem œu
aliena, promouebant uero œu domestica. Porrò tempe-
rabant sibi, uti par erat, à se non decentibus: neque ar-
gento felicitatem metiebantur. Ceterum is tutissimas
obtinuisse diuitias, atque pulcherrimas iudicabatur,
qui huiusmodi perficieret, ex quibus uirtutes eius con-
spicerentur, cunctisq; maximam gloriam relicturus es-
set: neque temerè mutua flagrabant emulatione, neque
audacia contra sepe perpetrabant. Enim uero grauius
putabant esse, malè apud ciues suos audire, q̄ honestè
pro patria mori. Maiore quoque ob publica crimina
rubore suffundebantur, q̄ ob priuata nunc sua uitia.
Cuius rei cauſa est, quod leges obſeruabant, ut ex-

Publicis nō
ut priuatis
utendum.

Diues qui
uirtutibus
clarus est.

ISOCRATIS

quisitè pulchreq; tenerentur, non adeò eas quæ de suo quæstu, q; eas quæ de singularum dierum actionibus sancite forent. Norant enim honestis & bonis ciuibus nihil opus esse multis legum tabulis : pauas enim constitutionibus, tam de publicis quam priuatibus, facile eos ad unanimitatem & pacem perductum iri. Tamq; se cuiilter gessere, ut uiaßim confligerent, non utri alteris perditis superstitem dominarentur, sed utri uiderentur rempub. maiore beneficio quodam affice. Amiatis etiam contraxere, non pro priuata comoditate, sed enim pro publico bono. Consimilem admodum aliena quidem administrabant, non iniuriā Græcos adfligentes, sed illorum duces esse oportere, non tyrannos putantes, ac præsides magis quam domini salutari cupientes. Seruatores item, non uastatores nominari: beneficijs congregantes respublicas, nec uolentia dispergentes: fidelioribus tum uerbis, atque hodie operibus usi, foederum atra illā controuersiam tenacissimi : non tam propter magistratum suum superbientes, atque propter uitæ continentiam honorari desiderantes, qui eodem in minores affectu erant, quo præstantiores sunt erga seipso. Singulares urbes ac priuatas, suas esse ciuitates autem abant, communem patriam Græcam arbitrantes esse. Huiusmodi cogitationibus ducti, iuuentutem talibus moribus instituentes, adeò strenuam exhibere aduersum Asiaticos bellaturam, ut nemo unquam, neque Poëtarum, neque Rhetorum, dignè de rebus per ipsam gestis dicere queat: quibus

pro-

PANEGYRICVS.

propterea facile dederim ueniam. Aequè enim arduum est excellenteis aliorum prædicare uirtutes, atque eos qui nihil planè gesserunt laude dignum, eue here. His enim non præstò sunt actiones: illis non restant congruentes sermones. Ut enim pares statuendi sunt illis heroibus, qui Troiano bello tātūm claruerē: quandoquidem illi apud unum Ilium præliantes, decem detriuerint annos: hi uerò totius Asie uim paulo temporis debellarunt: neque suas dūtaxat patrias conseruarūt, uerū et uniuersam Græcam reddidere liberam. Quibus autem operibus, laboribus, aut periculis illi destitissent, ut uiuentes grati essent, qui pro gloria, quam post fata consecuturi erant, adeò promptè morituri tenebantur? Proinde bellum hoc deorum cuiusdam nutu excitatum est, quod credam, qui horum uirutem adeò stupuerit, ut ne quod tanti naturā escent, lateret, neque inglorij uitam transfigerent: uerū ut planè deūm soboli, semideis equiparentur. Siquidem corpora illi sua, naturae necessarijs usibus accommodarunt, uirtutis autem sue immortalē reliquere memoriam. Semper itaque maiores nostri et Laedemonij honoris inter se mutuò cupidi fuere. Quin et de pulcherrimis optimisque rebus illis temporibus contenderunt, non hostes, sed collus etatores seipso esse reputantes. Neque ob Græcorum seruitutem Barbarum quicquam curantes: de publica uerò salute concordi secum sacramento consultantes, utri illorum salutis hu-

ISOCRATIS

ius autores fierent, de eo uero certamen apparabant, ac suas quidem uirtutes demonstrarunt, primum in Darij copijs, quæ quom in Atticam descenderent, nostri quidam sociorum suorum auxilijs nihil expectatis, commune bellum proprio periculo gesturi, aduersum totius Græcæ contemptores pergebant, domesticis uiribus instruti, pauca aduersum projectò multas myriadas, tanquam in alienis animabus periclitanti. Alij uero neque præuenti sunt, qui ubi bellum Atticæ imminens restituissent, omnibus alijs posthabitatis, uobis opem laturi aduolarunt, tanto studio atq; æleritate, ac si sua ipsorum regio devastaretur. Velocitatis illorum & certaminis argumentum est. A iunt enim maiores nostros eodem die aduentum Barbarorum, tunc qui auxilio sibi uenerant, qui hostes fuderant, ad confinia regionis nostræ trophæum hostium erigere, cognouiſſe. Hos uero trium dierum totidemque noctium spacio, mille et ducenta stadia, terra profiſcēdo emensos, adeò uidelicet accelerarunt iter, pars ut periculorum confortes fierent: pars ut configere nobis aut uiderentur, sese nobis adiungentes, priusquam socia uenirent arma. Ast hec, altera expeditione orta, quam Xerxes attulit, reliquo regno imperator esse ausus, omnibusq; Asiae populis congregatis: quo de quis unquam incredibilia dicere in animo cogitans, non minora quam re ipsa fuerint, assuerarit? Qui eousque fastus peruenit, ut parum sibi uideretur Græciam capere: tale monumentum sui relinquere uolens, quod planè humanam

trans-

P A N E G Y R I C V S .

transcenderet naturam, non destitit, usquedum reperis-
set, id quod pālām est omnibus, ut exercitu per terram
nauigaret, per mare uero pedibus iter conficeret, iun-
cto quidem Hellestante, Athoneq; perfoſſo. Ei qui tam
clarus erat, tantaq; peregerat, tantorum dominus, occur-
rebat, partitis copijs, Laedæmonij quidem Thermo-
pylas mille suorum ad peditatum selectis, ac non ita
multis socrorum aſſumptis, ut ipsos in angustijs loco-
rum, & quaſi caudinis furas prohiberent ultrā pro-
gredi: patres uero nostri Artemisij, trigesita impletis
triremibus, aduersus totam hostium classem: atque hæc
façere audebant, non tam deſpicientes hostes, quam in-
ter ſe mutuò certantes. Nam Laedæmonij emulabantur
ciuitatem nostram, ob pugnam Marathoni pera-
ctam, ſeſeq; nobis non impares exhibere quærebāt: ac
iuxta uerebantur, ne ciuitas nostra bis deinceps Græ-
cis cauſa fieret salutis. At nostri maiores præsentem
ſuam gloriam conſeruare nitentes, auctisq; perſpi-
cuum reddere, quod & antehac non fortunæ,
ſed uirtutis ſuæ beneficio, rerum potiti eſſent. Deinde
& Græcos uolentes ad naualem congregare pugnam,
oſtendentes iphis, & quæ nauticis periculis atque ter-
restribus, ſuorum eximiam atque uictriam eſſe uirtu-
tem. Et quum & quæ utrinque audaces eſſent, iijdem
tamen non uifunt euentibus. Enim uero illi quidem
fracti ſunt, & qui animi fastu ſibi iam ante uictoriam
pollicebantur, corporibus non idem testati ſunt. Nec
enim iam dicere fas eſt, q; uicti ſint: nemo enim ipſo-
rum

ISOCRATIS

rum effugit planè. Nostri priorem uicere classem: simulac uero compertum habuere, quod hostes ingressum occuparent, domum nauigaturi denuo, sic prudenter illos inuaserunt, ut qui priori pugna multa, eaq; preclera fecerant, postremo periculo longè insigniora facta peregerint. Vbi enim socij nostri despondissent animum, Peloponnesij deinde Isthmum saluti sue consulendo diuisissent, aliaq; opida Barbaris iam subdita, iisdem auxiliarentur (nisi aliquod tenuitatis sue caussâ neglectum esset) quoque iam triremes nulle ducentæ appellerentur, ac infinitus demum pedestris exercitus in Atticam irrupturus esset, neque ulla salus eis residua foret, uerum confederatis destituti, & omni spe fraudati, licuit illis nedum presentia mala effugere, sed & ingentia præmia recipere, que illis pollicebatur rex (ubi classem urbis adeptus esset, protinus & Peloponnesium obtentorum se ratus) non expectarunt eius munera. Neque indignantes Græcis, quod amisisti sint, lubentiq; animo cum Barbaris fanciuerunt fœdus: uerum ipsi pro libertate bellum adornabant, quod alij seruire eligerint, facile ipsis condonarunt. Etenim uilioribus oppidis nihil esse dedeciri putabat, quounque sibi modo salutem comparare. At præcelere uolentibus, atque primas sibi Græcie usurpare, non poterant non incommoda impendere. Sed quemadmodum honestis & bonis uiris eligibilius est, belè mori, quam turpiter uiuere: sic & eminentiорibus

PANEGYRICVS.

bus ciuitatibus,iuuandi studio, melius est ab homini=bus exterminari,quam ut uideantur in seruitutem re=dactæ esse . Nihil dubium est , quin eius sententia= fuerint . Quando enim aduersum utrunque uim non po=sent aces instituere, omnem reipublicæ sue populū assumentes, ad proximam insulam appulsi sunt , ut partim in alteram, sed non contra ambos uitâ peri=clitarentur . Et qui cines illorum candidiores aut ma=iores Græcie amatores demonstrari queant , qui cir=cunspicere ausi sunt, ut ne reliquis seruitutis autores forent: et si enim rem pub.desolatam , regionem uasta=tam,templa spoliata, delubra succensa, uniuersum de=nique bellum ciuitati sue inuabare,neque sic tamen ter=refacti sunt,quò minus contra nulle ducentasq; trire=mes,uel soli nauali pugna dimicare sint ausi,licet permissi non sint : siquidem uirtutem illorum Pelopon=nesij confundebant . Quom enim cogitarent , si nostri primum interijssent,neque sibi relinquēdam salutem: si strenuā nauassent operam, ignominia sua cuitates passuras,coacti sunt partiæ pes esse periculorū . Porrò turbas in eo cōflictū factas, clamores, et nauticas adhor=tatiōes (quæ quidē oībus classe pugnātibus cōmunia sūt) nō video cur me dicēte morā facere diutius oportet . Quæ uero peculiaria sūt, et ī perio digna, adeoq; mani=festa ex prædictis, hæc mea interest referre: adeo enim cuitas nostra præstigit ceteris, quādo integræ erat, ut us=ta quoq; plures cōiecerit triremes in periculū, quod tū sup Græcia erat, q̄ uniuerſi reliq; nauali cōflictū præ liantes,

ISOCRATIS

llantes. Nemo uero tam iniquo erga nos animo est, qui
 non fateatur nauali prælio nos uictoriæ obtinuisse,
 atque eiusdem ciuitatem nostram fuisse cauissam. Por-
 rò imminentि aduersum Barbaros expeditione, quos
 nam principatum habere decet? num qui priori bello
 comprobati sunt, & qui se penumerò haud parum in-
 fortunij priuatim sustinuerunt, publicis uero certani-
 nibus præmia reportarunt meritorum? Nonne qui su-
 am pro aliorum salute reliquerunt? quique iam olim
 plurima oppida habitabilia deductis colonijs fecere,
 rursusque ea maximis calamitatibus conseruarunt?
 Qui ergo non grauia patiamur, si maxime partis ma-
 lorum consortes fuerimus, honoris tamen minus adiu-
 dicetur nobis, quiq; tum omnibus anteferebatur, nunc
 alios sequi compellamus. Hactenus equidē noui, quod
 nemo non fateatur, urbem uestram plurimorum bo-
 norum cauissam fuisse, ac propterea iure imperium et
 primatum illi deferri. Atqui sunt qui calumnientur,
 nosque accusent, quod simulac maris imperium acc-
 perimus, multorum malorum Græcis extiterimus au-
 tores, Meliorum nobis captiuitatem, Scioneorumq;
 internitionem hic præferentes. Enim uero nihil hoc
 signi esse reor, quod male dominati simus, ubi quidam
 belligerantur nobiscum acrius puniti uideantur. At
 multo maius argumentum iusti imperij nostri, quod re-
 stet, que sunt confederatorum nobis, administrimus,
 quandoquidem nulla planè ciuitatum ad nos attinen-
 tium, in huiusmodi calamitates inciderit. Deinde si
 alij

P A N E G Y R I C V S.

alij unquam quidam easdem res clementius curarunt,
merito nos increpauerint: si hoc nunquam contigit,
neque fieri posset, ut tantarum ciuitatum multitudo
teneatur, nisi flagitia designantes puniantur: quomo-
do non iustum est nos prædicare potius qui paucissi-
mis indignando, plurimo temporis imperium contine-
re potuimus? Cunctis uero equidem uideri puto, eos
fuisse optimos Græcorum præsides, sub quorum ma-
gistratu qui obtemperarunt, pulcherrime se gesserunt.
Nostro itaque dominatu reperiemus uel priuatas &=
des non parum fœlicitatis addidisse sibi, ciuitates de=
in maximè accreuisse. nec enim auctibus illarum in=
uidebamus: neque ciebamus turbas, contrarias re=
bus pub. constituendo leges, quo mutuo sibi aduersa=
rentur, nos uero utrinque reuererentur: ceterum so=
ciorum concordiam, publicam commoditatem repu=
tantes, ijsdem legibus omneis ciuitates, instar socio=
rum, gubernabamus, nihil imperiose de illis consul=
tantes. Omnibus igitur causis præfecti, cuilibet per
sese libertatem permittentes, multitudini quidem suc=
currimus, cum potentatibus uero gessemus bellū: aspe=
rum rati, multos paucorum sub arbitratu consti=
tui: quique facultatibus tenuiores, licet cetera nihil
peiores sint, magistratu fungi: alios prætereā in com=
munem patriam tyrannidem exercere, alios uero
aliò migrare, et qui naturā ciues erant, reipub. pri=
uari lege. Hæc & plura his quom haberemus, quæ in
paucorum dominatu argueremus, eandem ipsis poli-
tiam

ISOCRATIS

tiā, quæ quum apud nos est, tum alios, constituimus,
quæ nescio num longioribus argumentis mihi extolle=da sit, præsertim quum mihi sit breuiter de eadem
diœndum. Ea nanque gubernantes & utentes, septu=aginta transgimus annorum interuallum, expertes
quidem tyrannidum, liberi à Barbaris, omni à sedicio=ne aduersum nosipos alieni, pacem fouentes erga om=neis homines, pro quibus magnas habere nobis gra=tias prudentibus potius conuenit, quam gentes sorte
habitatum missas nobis obijere, quas inde solatas cauſā
tuendorum locorum, non habendi cupiditate emisi=mus: eam nimirum ob rem, quod haberent regionem à
uium quidem copia minimam, imperio maximā: quūq;
possiderent triremes duplo plures, quam reliqui uni=uersi, quæ & aduersum bis totidem pugnare ualidē
possent. Eubœa, sub Attica sita, quæ se se ad imperium ma=ris non in scite gerebat, aliasq; uirtute insulas omneis
anteibat, magis ea dominabantur, quam nos nostro im=perio. Prætereà quum ipsis exploratum esset, eos tum
Grecorum tum Barbarorū probari maxime, qui con=terminos uastarent, abundantem segnemq; sibi uitam
constituere: attamen nihil horum nos exagitauit, ut in
eos qui insulam tenerent, peccaremus: uerum quando
soli inter præcellenteis potestate essemus, nos misce=rius uitam transfigere animaduertimus, quam iij qui=bus non parum ad seruiendum cauſe esset. Ac
abundare iam uolentes rebus, nulla sane ratione
Sæconorum terram desiderauimus, quippe quam
Platæensibus

PANEKYRICVS.

Platæensibus ad nos confugientibus tradidimus. Tam tam uero regionem negleximus, quæ omnes nos opulentiores fecisset. Proinde ubi talia per nos contigeret, tamq; fideliter actum, nempe quod nullo alienorum bonorum affectu flagrauerimus, non uerentur dum accusare, qui Decanatum participes sunt, patriam suam ustantes imminuentesque, quod hæc uideatur sibi maiorum nostrorum iniquitas, qui nullum peccaturis excessum denuo uolentibus esse prauis, relinquunt: uerum Laconum se partes tueri assuerant, quum longè secus ipsis se stadijs ostendant. Meliorum infortunium lugent, qui in suos interim aues perditissime peccare non erubescunt. Qualis autem eos iniquitas fugit? quod turpe, quod asperum non isti commiserunt: qui de mentissimos omnium, fidelissimos arbitrabantur: proditorum, instar beneficorum, agebant curam: qui captiuis aliquot inferiendum censebant, ut patriæ suæ uim adhiberet, in maiori precio latrones & homicidas habentes, q; suos ipsorum parentes. Eò demū crudelitatis omnes nos perduxerūt, ut quū antehac propter presentē felicitatē quilibet nostrū multos uel modicis illorū calamitatibus cōpassuros haberet, super illorum imperio, desisterimus mutuò inter nos miserationis affectu tangi: quandoquidem nemini tantum ocij reliquere, ut alteri cōdoleret. Quem enim non adierunt? quis adeò à ciuilibus negotijs remotus erat, qui non proximè calamitates esse coactus sit, ad quas huiusmodi nos ingenia

ISOCRATIS

genia detruserūt: Deindenō uerētur adeò iniquè suas ciuitates administrantes, nostram iniustè accusare polliam. Præterea & iudicia publicasq; actiones olim apud nos celebratas uitio dare audent, qui plures ipsi tribus mensibus uel indicta causa damnarunt capitatis, quos ciuitas omnem ad magistratum secerneret. Defectiones autem & seditiones, legumq; confusiones, ac rerum pub. permutationes, deinde liberorum iniurias, mulierum ignominias, facultatumque rapiñas, quis unq; enumerare queat? Enim uero tantum per omnia dicere possum, quod quæ circa nos grauias sunt, uno quis suffragio dissoluerit: cædes uero & sceleræ per istos admissa, nemo profecto sanare queat. Quin præsentem etiam pacem, proprijs item legibus uiuendi libertatem, quæ in rebus pub. quidem non inest, in decretis uero literis tradita est, non tam amplecti dignum est, ac nostram imperij functionem. Ecquis illorum expetuerit gubernandi formam, ubi piratæ quidem mare obtinent, scutati ciuitates administrant: ubi pro eo, quod iunctis copijs pro patriæ sue salute, aduersus hostem bellare debent, intra moenia secum ipsi inter se ciues pugnant? Iam & plures ciuitates captiue detentæ sunt, priusquam nostra ope pax fieret. Frequentibus permutationibus autem maiore cōficiuntur mœrore ciues, earum præsertim ciuitatum, quæ exilio suorum ciuium accipere damnum. Pars enim quid futurum sit, metuunt: pars redire semper expectant. Adeò uero procul à libertate, proprijsq; legibus

PANEGYRICVS.

legibus absunt, ut aliae quidē sub tyrannis degant, has gubernatores occupent, aliae planè uastatæ sint, aliae & Barbarorū iure premantur. Quos in Europam ausos traijære, ac ultrà quam oporteat sapere sibi uisos, eos nos pacto aggressi sumus, ut nedum ab expeditione, quam in nos moliebantur, desisterent, uerùm & suam regionem uastari sustinerent. Ducentis enim & mille nauibus circuncirca nauigantes, eò humilitatis redagimus, ut longa naui intra Phaselidem non uenterentur: ceterū quieti occasiones expectarent, nihil præsentia bus tum uiribus credentes. Quodq; hæc maiorum nostrorum uirtute sic gesta sint, urbis nostræ calamitates abundè satisq; demonstrarūt. Nam imperio simul destituebamur, ac Græcas iuxta mali dominari inapiebant. Post datum enim in Hellestante nobis damnum, alijs ducibus constitutis, Barbari uictoria potiti naualis pugnæ, imperium sibi maris adepti sunt, ac pluri- mas certè profectò insulas obtinuerunt: nam Laconiam usque peruererunt, Cythera potenter cœperunt, Cithera in uniuersam deinde Peloponnesum nauibus lustrantes sula est, ead adfixerunt. Quod si quis uarias reipub. nostræ mutatio- nes cognouerit, si constitutiones legerit per nos san- minus urbē atas, uelet iam nunc publicè scriptas, tum præcipue plæ cōpletebant, num fiet, ut nos præscripserimus imperium regi, ut prope Cre quæ illum nobis tributarium quodammodo reddidebat, autore rimus, ipsūmque sœptris potiri maris uetuerimus. Stephano. Iam uero ille est, qui administrat res Græcas, ac iniungit cuilibet quid faciendum sit, ac tantum non rerum in

urbibus ponderatores cōstituit. Hoc enim dēmptio, quid
ille sibi non uēdīcāuit? Nonne belli dominus factus est?
Nonne paēm item gubernauit, rerūmque præsen=
tium positus est præses? Nonne ad illum, ueluti ad
dominum, uicissim nos accusantes nauigamus? An ne
regem illum magnum salutamus, tanquam captiu si=
mus? Num in mutuis bellis in illo spēm salutis collo=
camus, ut utros uoluerit perdat? Quæ dignè apud
nos recolentes, & greferre impræsentiarum non im=
merito debemus, & expetere imperium nostrum: ac=
cusare item Laëdæmonios, quod primi se se p̄lēo
commiserint, & liberaturi Græcos, quum plerosque
tamen suorum Barbaris tandem submitterent, effiæ=
rentque ut Iones ab urbe nostra, è qua tamen dedu=
cti, & per quam se penumerò seruati sunt, deficerent,
Barbaris eos subijciendo, quorum uel in uitiorum pro=
uinciam occupant, & aduersum quos nullo unquam
tempore bellare desierunt. Qui tum quidē & greferebāt,
quando legitimè quibusdā ipsorū imperare nos & equiū
putaremus: nunc ad tātam detorsi seruitutē, nihil eadē
curant. Quibus non satis est quod tributa pendant, ar=
cēsq; ab hostibus occupatis uideant: uerū præter pu=br/>blicā calamitatē, & corporibus grauiora q̄ ulla apud
nos mancipia patiuntur. Etenim nemo nostrum ita ser=br/>uos c̄edit, ut liberos isti puniunt. Omnia autem longe
maximū malorum est, quod præ ipsa seruitute stipendia
facere cogantur, cūmque ijs bellum gerere, qui eos libe=br/>ros reddere dignantur: quodque talia sufferre pe=br/>ricula

P A N E G Y R I C V S .

rica cogantur, quibus si succumbant, illico perdendi
sint: si strenue sese gesserint, maiori posthac seruituti
obnoxij fiant. Quorum qui alij autores putandi sunt,
quam Lacedemonij: qui tanta potentia insignes, eos qui
sibi confederati erant, adeo aspera passos despiciant,
quum Barbarum, qui Græcorum robore imperium su-
um auget et stabilit, imò et tyrannos antehac cie-
rant, multitudini opitulati erant. Nunc uero intantum
permutati sunt, uti cum liberis urbium rebus publicis,
in quibus optimi quique magistratu funguntur, pu-
gnent, uniusque tyranni principatum simul erigant.
Qui Mantinenium ciuitatem, iam sancta etiam pacem
depopulati sunt, Thebanorum Cadmeam comprehen-
derunt, nuncque tum Olinhijs, tum Phliasijs bellum
inferunt. Qui in Amyntæ Maædonum regi, Diony-
sio item Siciliæ tyranno, ac Barbaro Asiae uictori o-
pem ferunt, ut maximum sibi dominatum vindicent.
At uero qui non absurdum fuerit, Græcorum præcla-
lentiores, unum quidem uirum, tot, tantorumque ho-
minum dominum constitueret, qui neque numerum suorum
inuenire facile queat: amplissimas deinde urbes non
permittere sui ipsarum esse dominas, sed enim uel ad
seruitute cogere, uel in maximas calamitates coniære:
quodque omnium est grauißimum, uidere eos, qui pri-
mas sibi usurpat, aduersum Græcos per singulos ferè
dies militare, Barbaris uero nunquia non apparare au-
xilium? Porro nemo suspicetur me ex inuidia uel indi-
gnatione asperiorē eorū me fecisse mentionē, postquam

c i j p r æ f a t u s

ISO CRATIS

prefatus sim, de reconciliatione nostra me uerba fac-
 turum. Neque enim ut apud alios columnia grauarem
 Lacædæmoniorum urbem, hæc de ijs dixi: uerum ut il-
 los ipsos, quantum per orationem fieri posset, à tali sua
 sententia quietos redderem seuocaremq;. Fieri autem
 non potest, ut quispiam ab errore suo abducatur, ita ut
 aliter res suas obtemperando instituat, nisi fortibus ar-
 gumentis redargutus fuerit. Opus est uero eos qui
 propter noxam obiurgant, accusatorum instar haberi;
 at iuxta etiam admonendi sunt rei, quod hæc utilitatis
 sue caussa faciant. Eundem enim sermonem non æquè
 accipere oportet, qui non eadem cum sententia dicat-
 tur. Quædoquidem & hoc illis obijere possimus, quod
 suæ amitati uel conterminos seruire cogant, uulgo uero
 sociorum belli sibi foedere iunctorum, nihil tale insti-
 tuant: unde futurum est, ut illi amicitia erga nos disso-
 luta, omneis Barbaros totius Græcie uidinos constituant.
 Quare nativa, non fortuita prudentia ornatos, hu-
 iusmodi conari opera multò magis debet, quam cogita-
 re, ut ab insulanis tributa colligantur, qui miseratione
 digni sunt: quum uideamus illos ob terræ defectum,
 montes aratro prosandere compulos: quum rursum
 terram incolentes, propter abundantiam regionis, plus
 rimum terræ aspernari contuecamur: quandoquidem
 ex ea quam colunt, tot tantasq; sibi diuitias possideant.
 Si qui alicunde rerum præsentium spectatores adue-
 nirent, magnam utriusque nostrum insaniam cogni-
 turos puto, qui sic propter paucas res periculo nos
 exponant

P A N E G Y R I C V S.

exponamus, ut plura intrepidè possidere liceat, ac nostram ipsorum regionem & patriam diruamus, ab Asia fructum capere negligentes: dum nihil conduabilius sit, quam perpendere, quomodo nunquam à mutuis bellis finem imposituri simus: Nos uero adeò quipiam collidere rerum illius, aut turbare ueremur, ut et qui forte fortuna in ipsum acciderint, motus componere tentemus. Qui & utroque apud Cyprum exercitu, altero ipsum permittimus uti, altero obsidere, quom uterque ex ipsa Grecia collectus sit. Siquidem familiares nostri erant, qui defecerunt nunc, Lacedæmonijs dedentes se. Ex ijs locis peditatus commodissimus lectus est eorum qui cum Tiribazo militiam exerceuerunt, plurimaq; naualis manus pars ab Ionia una soluit, qui longè suauius publicè Asiam depopularentur, quam quod inter se ob res exiguae periclitarentur. Quibus omnibus nihil prospicienes nos, interim de Cycladibus insulis dubitamus: totq; multitudine triremes, tantas magnitudine copias & uires, adeò temerè Barbaro tradidimus. Igitur alia quidem nunc occupat, alia propediem habiturus est, illis demum insidias tēdit, iure nos omnes despiciens: perfectè enim quod maiorum eius nemo unquam: Asiam tum apud nos, tum Laædæmonios, fassus est regis esse: Græcas ciuitates adeò potenter adeptus est, ut aliquot ipsarum effoderet, in alijs arces muniret. Quæ omnia per nostram dementiam contigerunt, non per illius uirtutem. At mirantur aliqui amplitudinem actorum regis inexplicabilem

gnabilem eum dicentes: multas item alterationes per ipsum in Græcia factas recentes. Quos ego huiusmodi prædiantes non auertere, sed accelerare militiam mature puto. Si enim nobis unanimitate uincitis, iste turbulentia septus, ad bellūarduus est: quātò magis opus est metuere occasionem illam, quando Barbæ unius planè cum eo mentis fuerint? At nos mutuò nos bello insectemur, neq; quicquam, num se res ita habeat, quē admodum à me hucusq; cōmemorata est, neque quām rectè de aduersarij uiribus dixerim illi animaduertat. Quod si hūc utrāque urbe exællentiorē unquā fuisse demonstrarem, non immeritò nos terrere conarentur. Eò uero nunquam dum peruentum est: Enim uero dum nos & Laædæmonij illi obluctaremur, utriq; nostrum sese opponens, celebriores res peregit: hoc uero roboris illius nullum argumentum est. Huiusmodi nāq; opportunitatibus haud raro modice uires, magni momenti actiones persecutæ sunt. Postq; & de Chijs idem mihi recitādū sit, quod utris illi sese opponere uoluissent, isti præstantiores marí fuissent. Ex his uero potestiam regis considerare non licet, quibus utrosque nos impetravit: sed quibus ipse pro seipso bellum gesit. Et primū quidem Aegypto deficiente quid efficerit, aduersum eos qui occuparāt eam sibi. Nonne ad bellum hoc destinauit probatissimos illos Persarum Acromam, Tithrausten, & Pharnabazum: qui triennium illic commorati, ac plus dāni paſsi, quām alijs dederint, tandem sic turpiter discesserunt, ut non porrò qui deaſerant,

P A N E G Y R I C V S .

Ie[n]erat libertatem diligent, sed iam uel finitimiſ p[re]aſſe quærant. Deinde in Euagoram, qui unius Cypri dominabatur ciuitati, arma mouens, per fœdera de-didit ſe. Porrò insulam inhabitans, iam olim infortunio mari expertus eſt. Pro regionis autem ſue p[re]ſidio tem-mille duntaxat ſutatis uſus eſt, qua tantilla copia rex p[re]eminere bellis certe non potest: attamen ſex annos nunc iſdem conſumpſit. Quod ſi iam ex ijs que contigerunt, futura quæque metienda ſint, longè magis ſpes eſt, alium deficere, quam illum obſidionem parare. Tanta actionibus regis tarditas inēſt. In bello circa Rhodum, quom Lacedæmonios beneuo-los, propter diſſenſionem rei publice haberet au-xiliatores, noſtro pariter ministerio uſus, duce bel-li Cymone, qui omnium erat longè diligentissimus in re bellica, Græcis fidelissimus, rei militaris, ut nemo aliis, expertus. Talem itaque duæm nauctus, treis qui-dem annos clafsem, quæ circa Asiam cētum duntaxat triremibus obſidebatur, firmauit, mensibus quindecim milites mercde uiduauit, ut proptercā ſepe diſ-ſoluerent pugnam. Qui propter impendens pericu-lum ſoūos ſuos, qui iuxta Corinthum conſpirarant, ægrè tandem nauali conflictu uicerunt. Hæc ſunt ma-ximè regis inſignia facta, grauiſſimāque bella: quorum nunquam non meminerunt, qui res Barbæ-rorum magni facere percipliunt. Proinde nemo con-trouertere potest, quod uel nō iuſſis exēplis utar, uel in minimis nectam ſanè moram, maximis rebus geſtiſ-

c iij omiſſis:

omissis: nam fugiens hanc ego calumniam, optima illius
 opera recensui. Neque illa præteriēs etiam, quod Der
 cyllidis quidem mille armatis Aeolidem gubernarit:
 Draco Atarneo capto, ter mille pelta munitis collectis,
 Mygium agrum uastauit, Thibron paulò plures horū
 producens, totam Lydiam depopulatus est. Agesilaus
 Cyri exerātus operā, ferè totam regionem intra Alym
 obtinuit. Neque que apud regem uersabatur, militiā,
 neque Persarum fortitudinem timere dignum est: ete-
 nō ille apertè, palam demonstrati sunt ab ijs qui cum
 Cyro una asenderant, nihilo meliores esse ijs qui ma-
 ri pugnant. Alia enim omnia prælia quibus uicti sunt,
 omittō, ipsosque seditiosos esse, ac nolle fratri regis a-
 lacriter & ex animo morem gerere, prætereo. Cete-
 rum postquam Cyro uitā defuncto, uniuersi Asie ci-
 ues conuenerunt, adeò dimicarunt turpiter, ut nullum
 planè argumentum, nullum uerbum reliquerint, Per-
 sarum fortitudinem laudibus euhere consuetis. Si qui-
 dem assumptis sexaginta millibus Græcorum, non se-
 lectis optimatibus, sed ijs, quibus propter flagitia sua in-
 diuitatibus suis uiuere nephas erat, qui ignari regiois,
 deserti à confederatis, proditi ab ijs qui unā uenerāt,
 orbati duce quem sequerentur, tanto minores illis fue-
 runt, ut præsentibus rebus diffisus rex, suisq; despectis
 per se uiribus, principes Græcorum deuincire sibi au-
 sus sit, ueluti si hoc præter leges egerit, exercitū con-
 turbaturus, potiusq; erga Deos peccare de legit, quam
 in illos apertè cognosci. In si ijs enim admisit, militibus

perma-

PANEGYRICVS.

permanentibus ac bellè ferentibus calamitatem : si quidem abeuntibus illis, Tisaphernen unam cum equitatu adlegauit, à quibus illi per totum iter insidiās passi, et quē profecti sunt ac si comitantium se stipati ceterua essent : ubi sibi maximè propter deserta loca, uastitatemq; timere adigebantur, uberrimam sibi eamq; feliçissimam fortunam rati, si in quā plurimos hostes indiderent: atque, ut cuncta semel dicam, quum neque ullā uirtute conspicui essent, neque uel unum quidem uicum occupassent, ceterum aduersus regem militarent, procul dubio tutius illis erat legatione, quæ pro amicitia sibi impetrāda apud regem intercederet : quod rāca uidentur mihi undique locorum apertè satis commonstrasse suam mollidem, & effeminatam mentem. Etenim Asia maritima terra, multis uicti sunt prælijs : ubi postea in Europam traieciissent, dedere poenam: alij nanque ipsorum intericrunt perperam, alij non sine de deore seruati sunt, ac morientes tandem apud ipsas regias ludibrio sese exposuerunt. Neque horum quicquam citra rationem contigit, uerū omnia merito accidere. Nec enim fieri potest, ut qui sic educati institutiq; sint, alterius uirtutis consortium naniscantur, aut pugna trophæum hostium erigant. Quis nanque illorum conatus fiat uel dux potens, uel miles bonus, quorum plurima sit inordinata turba, periclorumq; ignara, ad res bellicas inepta, seruituti longè accommodator, atque mancipia nostra? Qui inter ipsos præcipuis honore et gloria fulgent, et quē neque publicè neque priuatim unquam

unquam uixere. Omne uero tempus transigunt, his iniuriam inferentes, illis seruientes, ceu homines naturam corruptissimi: qui corpora diuitijs quidem tenerent, carent, animos uero propter dominatum uni persone inambitatem abiectos, ac timore grauatos circumferant, per ipsa regia explorati, prouolutatiq; omnibus modis pariter sapere meditantur. Mortale adorant, uel Deum ipsum salutantes: diuina plus quam humana despiciunt. Vnde qui inter eos ad mare descendunt, quos Satrapas uocant, non erubescunt illorum ob institutionem, uerum in ea ipsa consuetudine perseverant, amicis infidos, inimicis effeminatos se ostendentes, aliás abiecte, arroganter aliás, uitali uescentes aura, bellico sibi fædere iumentos aspernantes, hostibus curam adhibentes. Nam qui apud Agesilaum exeratus erat, octo menses suis sumptibus aluerunt. At qui pro se in periculis morati erant, alio tempore stipendio adeò fraudarunt, quum ijs qui Cisthenam comprehendissent, centum talenta distribuissent, ac erga eos qui secum aduersus Cyprum pugnassent, quam captiuos se iiquius gesissent. Enim uero, ut simpliciter dicam, non singula, sed ueluti uagationa recensendo, quis illorum, qui sub ipsis stipendia fecit, non infortunatus abierit, aut qui eorum iniurijs non miserè adflictus obierit diem? Nonne Cononem, qui pro Asia pugnans, Lacedæmoniorum imperium dissoluit, ad mortem corripere ausifueret? Themistoclem, qui pro Græcia, nauali ipsos conflictu erat aggressus, uel maximis premijs honorarunt? Ecquì opera pretium est. illorum.

PANEGYRICVS.

illorum amicitiam diligere , qui benefactores suos eum
reos cruciant,eis à quibus damnum accipiunt,adèò a=
perte adulantur? In quos nostrū non peccarunt? Quod
temporis momentum relictum est , quo dolum Græcis
non tendant? Quid uero nostrarum rerum illis non in=
uisum,qui de ûm etiam sedes ac templa spoliare , imo
et comburere priori bello ausi sunt ? Quam ob rem
et Iones mihi iure commendandi uidentur , quom de=
lubra ipsorum succensa essent, obseruarint , num qui
erigere denuò uel ad pristinam restituere formam uel=
lent : non quod ipsi indigerent, unde instaurarent , ue=
rūm ut monumentum Barbarorum impietatis uel po=
steris foret : ut uel inde nemo credat sic atroater in
Deorum sedes peccare ausis, sed enim sui rationem ha=
bentes sibi metuant , ut quos uideant non corporibus
dūntaxat nostris,cæterū dijs uel dicatis intulisse bel=
lum. Proinde de nostris etiam ciuibus mihi referenda
sunt huiusmodi sanè non parum multa. Etenim quibüs
cum bellū gessere,cum iisdem recōciliantur,ac prio=
ris omnino simultatis obliuiscuntur . Epirotis autē ne=
que si beneficium ab ipsis accipiant , gratiam habent:
adèò perpetuam aduersus ipsos iram gerunt , ut ple=
rique patres nostri Medorū in suis imitationē capit is
damnarint. In cōuentibus autē hodieq; imprecatiōnes
faciūt, priusquā aliud quid sanciat, ubi quis ciuiū Per=
sis legatus mittitur. Eumolpi deinde proles, atq; præco=
nes,in sacrorum suorum peractione, ob odium illorum
et alios Barbaros à sacris coerari , ueluti homiadas
prædicant.

ISO CRATIS

prædicant. Adeò uerò naturā hostili in eos adfectu frē
 vimur, ut libentissimè cum Troicis tum Persicis fabu-
 bulis conuersemur, unde illorum calamitates fāsatari
 licet: de bello in Barbaros gesto reperiat quisquam
 hymnos editos, de eo quo aduersus Gr̄ecos pugnatum
 est, threnos nobis factos, eosq; in festiuitatibus decan-
 tatos, illorum uerò miserie caussa nos meminisse. Ar-
 bitror equidem Homeri poësin propterea quoque ma-
 iorem gloriā nactum, quod eos qui bellè contra Bar-
 baros depugnarint, celebrauerit: ideoq; maiores no-
 stros preciosam illius artem reddere uoluisse, quum
 in Musicæ præmijs, tum puellorum institutione: ut se= =
 penumerō carmina eius audiētes, imitaciam discere= =
 mus, que iam inde ab initio semper nobis in istos uiget:
 & uirtutes eorum qui Troiano bello claruerūt, emu= =
 laremur, & similia illorum opera ardenter desidera= =
 remus. Quare ualde nūhi multa uidentur esse, que ut
 in illos acies educamus iubēant, maximè præsens oc= =
 casio, que nulla ratione dimitenda est, qua nūhil etiā
 apertius est. Turpe nanque impendio, præsentem non
 amplecti, aut instantis nullam facere mentionem. Qui
 enim bellaturis nobis aduersus regem, præter hanc, ma-
 iorem opportunitatem optaremus? Nōnne Aegyptus
 & Cyprus ab ipso defecerunt? Phoenice & Syria bel-
 bo uastatae sunt, Tyras, qua plurimum fisis, à suis ho-
 stibus capta: plurima Cilicie oppida, qui nostrarū sunt
 partium, tenent, alias obtinere nullius est difficultatis.
 Lyciam nemo unquam Persarum uicit. Ecatomnus

Carie

PANEGYRICVS.

Cariæ præfetus, reuera longo iam tempore desciuit:
id quod ipse si expetamus, nobis fatebitur palam. A
Cnido Sinoten usque Græci Asiam accolunt, quos ni-
hil opus ad arma hortari, cæterum à bello duntaxat
nō prohibere. Quom ergo tot præsto sint propugna-
cula, tantum bellum Asiam circumstet, quid opus est,
quæ futura sunt, prædicere? Etenim quom paucioribus
sint partibus ipsi pauciores, quid facerent, si aduer-
sum nos omnes dimicare compellerentur? id quod nūc
ferè sic habet. Nam si Barbarus etiam firmius marinas
ciuitates custodierit, maiores in ijsdem, quam hactenus
consueverit excubias canens, fortasse quæ iuxta Epi-
rum sunt insulæ, ut Rhodus, Samus, & Chius, in illius
fortunas deflexerint, nisi eas priores nos anteuerterem-
us. Quin & Lydiā & Phrygiam, ac suprapositam
regionem in ijsdem studijs occupatam uerisimile est.
Quocirca mature opus est factio, nec ullam facere cun-
stationem, ut ne, quod patribus nostris, nobis eueniat.
Qui quum Barbarorum expertes, quosdam socrorum
suorum dimitterent, pauci aduersum multos pericu-
um subire coacti sunt: poterat enim ipsi si priores tra-
iecissent in Epirum, cum uniuersa Græcorum poten-
tia, in una parte quamlibet ex gentibus capere. Est
enim nemini obscurum, non expectandum ei, qui con-
tra eos qui uarijs locis colligantur, pugnaturus sit, us-
quedum congregentur, sed enim adhuc sparsos eos in-
uadere. Qui primū igitur errauerant, hæc omnia
correxerunt, ad maxima certamina redigentes. Si sa-
pimus

ISO CRATIS

pimus porrò initio nos custodiamus , illisque præuenire conemur fixis circa Lydiam & Ioniam castris: non ignorantes, quod uel nolentibus Epirotis rex imperet, ut qui maiorem circa se ipsorum quibuslibet uirtutem fecerit . Quorum uirtute ubi nos auctiores incesserimus (id quod facile, modò uelimus, contingere nobis posset) tutò uel uniuersa Asia potiemur . Longè demum pulchrius est, cum illo de regno decertare, quam de mutuo inter nos imperio dubitare . Iam & hæc ætate dignum est facere expeditionem , ut qui calamitatibus communicarunt, & bonis fruantur , nec universum uitæ sue cursum infoeliata passi transigant : satis enim tempestatis præteriit, qua quid non acerbi contigit ? Quom enim pleraque humanæ impendebat nature mala, ultrà quam fuerit necessarium ea reperimus, bella & seditiones nobis ipsi conatantes intestinas: ut alij nostrum in sua patria iniquè interirent, alij in extra terra liberis & uxoribus uagarentur : nec pauci ob quotidiani uictus inopiam, dum pro hostibus aduersum charos suos opem ferendo pugnant, morerentur. Quorum uicem nemo est qui unquam acerbè tulerit. At uero propter miseras à Poëtis confictas, causam illi putat, cur lachrymarentur : ueras autem afflictiones, quæ quum multæ tum graues accidunt, adçò miseriari uerentur, ut è mutuis suis malis plus uoluptatis capiant, quam peculiaribus suis bonis . Fortasse plerique uel meam stoliditatem irrideant, quod huiusmodi occasione hominum illorum infortunium lugeam,

per

P A N E G Y R I C V S.

per quos Italia cuersa est, Sicilia in seruitutem re= dacta, tot urbes Barbaris subiugantur, reliquæ Græ= corum partes grauissimis periculis propinantur. At= qui demiror ego auitatum moderatores, si prudentiam sibi uindicent, quum super talibus rebus neque dice= re, neque cogitare unquam quicquam potuerint: o= portebat enim ipsos, quandoquidem ea gloria digni= erant omnibus alijs dimissis, de bello Barbaris inferen= do dissertare, consiliaque capessere: fortassis aliquid perfecissent: quod si uel ante a renuissent, argumenta= tamen, instar oraculorum, in reliquum tempus reli= quissent. Iam uero qui omnium sunt celeberrimi, in ma= ximo honore constituti, hi uel minimè hisce nauant ho= nestam operam: nobis uero è ciuilibus rebus extractis, consultationem harum rerum fecerunt reliquam. Enim uero quò animo deiecliores sunt præcellentiores no= stri, hoc aliquis fortius perpendere conuenit, quo pa= cto ab imminentí inimicitia liberemur. Ne quicquam nunc pacis fœdera iamus. Bellum enim non dissoluimus, uerum eidem præludimus, occasiones expectan= tes, quibus immedicable quiddam mali uiaßim effiære queamus. Nam dect huiusmodi insidias è medio tol= lētes illis operibus aggredi, quibus patriā nostrā tuti= ūs inhabitemus, ac maiore fide erga nos ipsos imbua= mur. Proinde simplex ea faūlis hisce de rebus qdē ra= tio fieri nō potest, ut stabili pace pfruamur, nisi cōmu= ni totius Græciæ bello adoriamur Barbaros: nec inter Græcos unanimitas florere potest, nisi amicitia nostra illis

illis adēpta, pericula uero impacta ipsis steterint. Quibus peractis, ac dubitatione uitæ nostræ sublata, quæ sodalitia destruit, amicitiam ad inimicitiam perducit, omnes homines ad bella & seditionem cōmouet, non est quod non unanimes futuri simus, ac ueram erga nos mutuò benevolentiam habituri. Quare præ omnibus curandum, ut inde bellum quamcelerrimè in Epiro definiamus, ut uel hoc saltem bono è periculis erga nos mutuò perlatis fruamur, si horum experimentis aduersus Barbarum concitari nobis placuerit. At propter fœdera dignum fortasse continere, nec urgere, citiusue parare militiam, per quæ aliquot liberae ciuitates, regi gratias habent, tanquam per illum suæ reipub. libertas obuenerit sibi. Quæ uero Barbaris deditæ sunt, potissimum Lacedæmonios accusant: deinde & alijs qui pacis cōsortes existunt, ueluti proprijs seruire coactæ sint. Et qui non oporteret soluere talia pacta, è quibus huiusmodi cœlebritas oritur, ut Barbarus clarus fiat per Græciam, & pacis austodem agat? At uestrum aliquot abolent pacem, inq; candem sunt parum æqui: et quod uel omnium maxime ridiculum est, quod que in pactis memoriæ prodita sunt, minimè seruamus. Quæ enim suo iuri relinquunt insulas & ciuitates in Europa sitas, uel olim uiolata, incassum columnis inscripta leguntur. Quæ uero rubore nos perfundunt, ac non paucos sociorū dediderunt, hæc per regionem nostram passim & omnia ea nobis propria usurpamus, quæ opus omnino foret auferre, neq;

PANEGYRICVS.

neque ullum relinquere diem, ut quæ mandata, non fœ
 dera esse putemus. Quis enim ignorat fœdera esse,
 quæ æquè et communiter utrosque nos astringant: mā= Hec in'uita
 data, quæ alios preter iustitiam imminunt? Propterea
 & qui pro hac pace legatione functi sunt, iure accusa=
 uerimus: quia à Græcis missi, pro Barbaris sanxerunt
 fœdera. conueniebat enim eos, num singulos suæ re=
 linquere libertati, uel mancipiorum etiam, siue eorum
 quos sub paœ tenemus pacto, dominari, placet et unū
 saliat quipiam horum facientes, aut publicum ius cō=
 stituent, sic his de rebus pacisci. Nunc nostræ urbi et
 Lædæmoniorum nullo impertito honore, Barbarum
 totius Asiae dominum constituerunt, ac si pro illo nos ge
 reremus, Persarumque regnum ex antiquis seculis fu=
 issit, nobis autem nuper inhabitantibus: quom inte=
 rim ne nuper quidem Persis honor contigerit, nos ue= Isocratis, cō
 rò nullo non tempore inter Græcos rerum simus habe= Demothea
 nas moderati. Porrò per ea quæ recensui, arbitror in nis σεμνό-
 apicum me positurum ignominiam nobis factam, regis τηλ cōfert
 adeoque auaritiam. Etenim quum uniuersus terrarum Philofra-
 orbis in duas sit parteis diuisus, alteraque Asia, altera tus,
 Europa nominetur, dimidiam sibi ex fœderibus uendi=
 cauit, tanq aduersus Iouem terram distribuat, sed non
 contra mortales fœdera sanat: ea enim et non la=
 pideis columnis inscripta, publicas templis reponere
 coēgit, longe honestius trophyum saliat ijs, quæ pre=
 lijs essent parta. Sed enim trophya pro modiis etiam
 actis, uel unius fortunæ sunt: columnæ uero, pro quoli=
 d bet

bet bello uel per totam Græciā erecte cernuntur. Vnde
 de suænsere dignum est, perspiære que, ut de ijs quæ
 facta sunt, nos uisantur, ac futura permitemus in
 meliorem statum. Turpe est barbaris seruis priuatim
 nobis uti: et publicè tot sociorum nostrorum ipsis in=
 seruire paßim uidemus. Nouimus eos qui in Troiano
 bello uersati sunt, una muliercula rapta, tam uehemen=
 ter omnes ob uim factā excāduisse, ut nō ante à bello
 desisterent, q̄ urbem eius, qui peccare ausus erat, diru=
 issent: et nos tota Græcia iniuriā etiamnum affecta, nul=
 lam publicam facemus ultionem: quum sit conæssum
 digna uotis nostris peragere, Vel hoc solum bellum
 pace melius est, consilio plus quam militiæ conueniens,
 utrisque uero conduçibile, tum tranquillis esse uolen=
 tibus, tum desiderantibus etiam bellare. Liabit enim,
 his, intrepidè suis rebus frui: illis uero, alienis faculta=
 tibus diuinitas suas auctiores reddere. Quòd si quis o=
 mni ex parte secum hæc reputet, has nobis plurimum
 actiones prodeſſe reperiet. Age contra quos bellare o=
 portet eos, qui nullius avaritiae studio flagrant, sed iu=
 stitiam contemplantur? Nónne aduersum eos, qui an=
 thac Græciam uexarunt, nunc insidias necunt, ac
 semper tali in nos affectu perdurant? Quibus inuide=
 re par est eos, qui non omnino fortitudine destituti, sed
 modicè rebus utuntur. Nónne maiore potentia et im=
 perijs munitos, quam homines deçat, minori uero di=
 gnis, ijs qui apud nos infortunati degunt? In quos ma=
 gis exercere militiam conuenit eos, qui pietatem iux=

PANEGYRICVS.

tā tueri percipiunt, ac reipub. prospicere? Nōnne ad-
uersum eos qui naturā belli studiosi sunt, ac patrij
hostes, qui plurima bona possident, ac minimum tamen
pre ijs sese ulcisci queunt? Nōnne igitur horum omni-
um illi rei detinentur? Neque ciuitates tristabimus, ex
ipsis milites acerentes, quod nunc in mutuis bellis ip-
sis turbulentissimum est, longē nanque pauciores fore
puto, domi manere uolentes, q̄ qui sequi castra impen-
sē cōcupiscat. At quis adeo siue inuenū siue seniorū tor-
peat, qui nolit huic sese accingere militiæ, quæ ab A=
theniæbus quidē et Lacedæmonijs administratur, pro-
sociorum uero libertate colligitur, ab uniuersa Græcia
legatur, ad Barbarorum supplicium proficiuntur?
Qualem uero quantamque famā, memoriā et gloriā o= ij
peræ pretiū est putare, aut uiuentes habituros, aut mo-
rientes post se relicturos, qui in huiusmodi operibus
se præclarè gesserint. Si enim qui aduersus Alexan-
drum pugnarunt, unicūmque duntaxat oppidum ce= ij
perunt, tantis præconijs digni iudicati sunt, qualia
nam encomia expectare deat eos, qui totam sunt As= ij
am adepturi uictoriā? Quis enim uel Poëtarū uel Ora= ij
torum non sese exercabit & philosophabitur, suæ sen= ij
tentiae ac illorum iuxta uirtutis memoriam relicturus?
Non cādem nunc mente sum impræsentiarum, qua cir- ij
ca orationis huius exordium eram: putabam enim tum
de rebus pro decoro me posse dicere: iam uero ad am= ij
plitudinem earum non peruenio, immo multa corum
quæ deliberarem, me fugerunt. Nos ipsos igitur perspi= ij
cere

ISOCRATIS PANEGYR.

ære operæ pretium est, quæ lémnam felicitatem adse-
quamur, si bellum quo iam nunc occupamur, contra E-
pirotas gesserimus, fœliatatem Asiae in Europam trās-
laturi; nec auditores tantummodo facti abeamus, sed ut
qui possunt, mutuò se se adhortentur, ac nostram Læc-
demoniorumq; urbem in gratiam redire uiaßim elab-
orent, ambiguas quæstiones in aliad tempus repo-
nant, aliaq; omnia quibus de nugantur iam nunc, cœf-
fare statuant. Circa orationem hanc meam contendant,
considerentq; quo pacto melius de ijs rebus me dicant;
cogitantes iuxta, quod qui magna polliciti sunt, non
debet in minimis prolixius morari, neque talia produ-
ære in medium, ex quibus persuasorum uita non e-
molumentum aut commoditatem aliquam recipi-
at. Sed enim quibus si perficiantur, quum ip-
si à tanta ærumpa liberentur, tum alijs
magnorum honorum autores
esse uideantur.

PANEGYRICI FINIS.

ISOCRATIS VITA EX
Philostrato.



Yrenum una Isocratis Rhetoris ori-
assistens, instar continentis quippiam
adstat, Pitho accusat hominem, qua cum
Rhetoricis & legibus et moribus con-
flicxit. Adaequata, contraposita, & que-
finientia non primus reperit, sed iam ante à inuentis
bene usus est. Cui etiam curæ fuerunt, circuitio, apta
harmonia, compositio, elegantiorq; tenor, quibus &
Demosthenis alicubi linguam formauit. Etenim De-
mosthenes discipulus quidem Isæi, & mulus uero Iso-
cratis, uicit ipsum harmonia uocum, illatione & cir-
cutione atq; æleritate tum uerborum tum etiam sen-
tentiarum. Grauitas quidem Demosthenis considera-
tior maiorem solitudinem habet, Isocratis grandi-
loquentia tenerior atq; iuandior. Demosthenis itaq;
grandiloquentiae exemplum ob oculos ponamus. Finis
quidem, inquit, cunctis mortalibus uitæ, mors: et si quis
in domuncula ipsam clausam seruarit. Operæ pretium
est igitur bonos uiros, omnia semper honesta attentan-
do, bona spe animo imbutos esse, ac perstrenue ferre
quicquid ei Deus adlegarit. Isocratis grauitas hunc
in modum compta est: Vniuersa enim terra in mundo
sita, bifariam diuisa: & altera quidem Asia, altera
Europæ appellata, parte, dimidiatam è fœderibus ac-
cepit, ueluti aduersus Iouem terram distribuens. Pro=
inde

ISOCRATIS

inde ciuilibus negotijs se se dedere cūctabatur: à con-
uentibus & concionibus sibi abstinebat, & propter
defectum uocis, & propter inuidiam, que nunquam
non Athenis reluctabatur in Repub. maximè ijs, qui
rectius prudentiusq; cæteris aliquid in medium attulis-
sent, dixissentq;. Veruntamen non omnino publica stu-
dia detrectauit. Philippum enim sua ad ipsum orati-
one scripta, Atheniensibus placabat. Deinde de Pace
oratione sua ab imperij marini adfectione reuocauit
Athenienses, & u qui per illud male audirent. Panegy-
ricus deinde, quem in Olympicis recitauit, Græcie
suasit, ut compositis domi, culpa, fraude, bellis, aduer-
sus Asiam faerent manum: illa tamen oratio tradidit
oaaisionem, & ex ijs quæ Gorgæ elaborata essent, ar-
gumentum conflatum haberet. Omnium autem Isocra-
Archida- ticarum longè excellentissimæ cum Archidamus, tum
mus & ad- aduersus Euthynum scriptæ sunt. In eo enim Laæda-
uersus Eu- moniorum cura tangitur, ad Leuctrica eos referens.
thynum om Neque nomina uoæsq; tantummodò exquisitæ, sed et
nium exæl- compositio lucida, deærtansq; oratio ærnitur illic:
lentißimæ. quemadmodum & fabulosam eius partē (quæ de Her-
cule bubusq;) prudenter neque citra curam expositam
constat. Testibus autem carens aduersus Euthynum,
robur indicat, ad solidum numerum compaginatio-
Sententiam nemq; dictiōnum conglutinatum. Noëma enim ex noë-
èsententia. mate ad circuitus æquiniembres tandem ducit. Au-
ditores huius uiri multi quidem, sed omnium eloquen-
tissimus Hyperides Rhetor. Nam Theopompum Chi-
mn

VITA.

um & Ephorū Cumanum neque damnarim, neque cō=
mēdarim. Qui comœdiā ad Isocratē ceu tibiarū artifi=
cē attinere putat, errat. Pater sanè ipsi Theodorus ca=
rat, quē tibiarū factorem Athenis appellabat: ipse ue=brò neque tibias neque aliud quippiam mechanicarum
verū norat. Nec enim in Olympia simulacrum adsecu=
tus est, si egregij quicquam fabrefecit. Obiit Athe=brò neque aliud quippiam mechanicarum
verū norat. Nec enim in Olympia simulacrum adsecu=

tus est, si egregij quicquam fabrefecit. Obiit Athē=

nis centum natus annos. Porrò unum ipsum arbitri=

tremur ex ijs, qui in bello cōcesserunt fa=

w. Post Chæronensem enim pugnam

mortuus est, non perferens

Atheniensium delicti

famam.

FINIS.

